

Thursday 21 June 2012 – Morning**A2 GCE CLASSICS: LATIN****F364 Latin Prose**

Candidates answer on the Answer Booklet.

OCR supplied materials:

- 12 page Answer Booklet
(sent with general stationery)

Other materials required:

None

Duration: 2 hours**INSTRUCTIONS TO CANDIDATES**

- Write your name, centre number and candidate number in the spaces provided on the Answer Booklet. Please write clearly and in capital letters.
- Use black ink.
- Answer **one** question from Section A and **one** question from Section B.
- Read each question carefully. Make sure you know what you have to do before starting your answer.
- Do **not** write in the bar codes.

INFORMATION FOR CANDIDATES

- The number of marks is given in brackets [] at the end of each question or part question.
- The total number of marks for this paper is **100**.
- This document consists of **8** pages. Any blank pages are indicated.

Answer **one** question from Section A and **one** question from Section B.

Section A: Prescribed Literature

Answer **either** Question 1 **or** Question 2.

- 1** Read **both** passages and answer the questions.

tradit Cluvius ardore retinendae Agrippinam potentiae eo
usque proiectam ut medio diei, cum id temporis Nero per
vinum et epulas incalesceret, offerret se saepius
temulento comptam et incesto paratam; iamque lasciva
oscula et praenuntias flagitiis blanditas adnotantibus
proximis, Senecam contra muliebres inlecebras subsidium
a femina petivisse, immissamque Acten libertam quae
simul suo periculo et infamia Neronis anxia deferret
pervulgatum esse incestum gloriante matre, nec
toleraturos milites profani principis imperium. Fabius 5
Rusticus non Agrippinae sed Neroni cupitum id memorat
eiusdemque libertae astu disiectum. sed quae Cluvius
eadem ceteri quoque auctores prodidere, et fama huc
inclinat, seu concepit animo tantum immanitatis Agrippina,
seu credibilior novae libidinis meditatio in ea visa est quae 10
puellaribus annis stuprum cum Lepido spe dominationis
admiserat, pari cupidine usque ad libita Pallantis provoluta
et exercita ad omne flagitium patrui nuptiis. 15

Tacitus, *Annals XIV* 2

- (a)** What makes this such a powerful and memorable passage?

Marks are awarded for the quality of written communication in your answer.

[25]

adiciebat crimina longius repetita, quod consortium imperii iuraturasque in feminae verba praetorias cohortes idemque dedecus senatus et populi speravisset, ac postquam frustra habita sit, infensa militi patribusque et plebi dissuasisset donativum et congiarium periculaque viris inlustribus struxisset. quanto suo labore perpetratum ne inrumperet curiam, ne gentibus externis responda daret. temporum quoque Claudianorum obliqua insectatione cuncta eius dominationis flagitia in matrem transtulit, publica fortuna extinctam referens. namque et naufragium narrabat: quod fortuitum fuisse quis adeo hebes inveniretur ut crederet? aut a muliere naufraga missum cum telo unum qui cohortes et classes imperatoris perfringeret? ergo non iam Nero, cuius immanitas omnium questus antibat, sed Seneca adverso rumore erat quod oratione tali confessionem scripsisset.

5

miro tamen certamine procerum decernuntur supplicationes apud omnia pulvinaria, utque Quinquatus quibus apertae insidiae essent ludis annuis celebrarentur; aureum Minervae simulacrum in curia et iuxta principis imago statuerentur; dies natalis Agrippinae inter nefastos esset.

10

15

20

Tacitus, *Annals* XIV 11–12.1

- (b)** In what ways does Tacitus' language create negative impressions of Agrippina, Nero and the senators?

Marks are awarded for the quality of written communication in your answer.

[25]

[Section A Total: 50 marks]

Do not answer Question 2 if you have answered Question 1.

- 2** Read **both** passages and answer the questions.

inde consedit et nominibus in urnam coniectis citari quod
 primum sorte nomen excidit ipsumque e curia produci
 iussit. ubi auditum est nomen, malum et improbum pro
 se quisque clamare et suppicio dignum. tum Pacuvius:
 ‘video quae de hoc sententia sit; date igitur pro malo
 atque improbo bonum senatorem et iustum.’ primo
 silentium erat inopia potioris subiciundi; deinde cum aliquis
 omissa verecundia quempiam nominasset, multo maior
 extemplo clamor oriebatur, cum alii negarent nosse, alii
 nunc probra, nunc humilitatem sordidamque inopiam et
 pudendae artis aut quaestus genus obicerent. hoc multo
 magis in secundo ac tertio citato senatore est factum, ut
 ipsius paenitere homines appareret, quem autem in eius
 substituerent locum deesse, quia nec eosdem nominari
 attinebat, nihil aliud quam ad audienda probra nominatos,
 et multo humiliores obscurioresque ceteri erant eis
 qui primi memoriae occurrabant. ita dilabi homines,
 notissimum quodque malum maxime tolerabile dicentes
 esse iubentesque senatum ex custodia dimitti.

5

10

15

Livy, XXIII 3.7–14

- (a)** How does Livy make the most of this dramatic episode?

Marks are awarded for the quality of written communication in your answer.

[25]

5

10

15

20

‘adicite ad haec, quod foedus aequum deditis, quod leges vestras, quod ad extremum, id quod ante Cannensem certe cladem maximum fuit, civitatem nostram magnae parti vestrum dedimus communicavimusque vobiscum. itaque communem vos hanc cladem quae accepta est credere, Campani, oportet, communem patriam tuendam arbitrari esse. non cum Samnite aut Etrusco res est, ut quod a nobis ablatum sit in Italia tamen imperium maneat; Poenus hostis ne Africae quidem indigenam ab ultimis terrarum oris, freto Oceani Herculisque columnis, expertem omnis iuris et condicionis et linguae prope humanae militem trahit. hunc natura et moribus immitem ferumque insuper dux ipse efferavit, pontibus ac molibus ex humanorum corporum strue faciens et, quod proloqui etiam piget, vesci corporibus humanis docendo. his infandis pastos epulis, quos contingere etiam nefas sit, videre atque habere dominos et ex Africa et a Carthagine iura petere et Italiam Numidarum ac Maurorum pati provinciam esse, cui non, genito modo in Italia, detestabile sit? pulchrum erit, Campani, prolapsum clade Romanum imperium vestra fide, vestris viribus retentum ac reciperatum esse.’

Livy, XXIII 5.9–14

- (b)** How does Livy make this passage persuasive?

Marks are awarded for the quality of written communication in your answer.

[25]

[Section A Total: 50 marks]

Section B: Language

Answer **either** Question 3 **or** Question 4.

Unprepared Translation and Comprehension

- 3** Read the passage and answer all the questions.

Caesar finds the forces of his enemy Afranius concentrated below the hill town of Ilerda. Caesar pitches camp between two rivers, with bridges built by his lieutenant, Fabius, providing access to supplies.

Floods now made life very difficult for Caesar.

interea accidit maximum incommodum.¹ tanta enim tempestas orta est ut
numquam illis locis maiores aquas fuisse constaret:² haec tempestas ex omnibus
montibus nivem³ solvit ac summas ripas fluminis superavit pontesque ambos
quos Fabius fecerat uno die interrupti. quae res magnas difficultates exercitui
Caesaris attulit. cum enim castra essent inter flumina duo, quorum neutrum
transiri poterat, necessario omnes hoc spatio angusto continebantur. neque
civitates, quae ad amicitiam Caesaris accesserant, frumentum supportare, neque
ei qui pabulandi⁴ causa longius progressi erant interclusi fluminibus reverti
poterant.

5

Afranius' forces, by contrast, are easily supplied because they have access to a river bridge not destroyed by the floods.

at exercitus Afrani omnium rerum abundabat copia. multum erat frumentum
provisum et convectum superioribus temporibus, multum ex omni provincia
comportabatur; magna copia pabuli⁵ erat. harum omnium rerum facultates
sine ullo periculo pons Ilerdae praebebat et loca trans flumen integra, quo
omnino Caesar adire non poterat. hae permanerunt aquae dies complures.
conatus est Caesar reficere pontes; sed nec magnitudo fluminis permittebat,
neque ad ripam dispositae cohortes adversariorum perfici patiebantur.

10

15

Caesar, *Civil War I* 48–50 (adapted)

Names

Fabius, -i m.
Afranius, -i (m)
Ilerda -i (f)

Fabius
Afranius
Ilerda (a town)

Words

¹ <i>incommodum, -i (n)</i>	setback
² <i>constat, -are</i>	it is agreed
³ <i>nix, nivis (f)</i>	snow
⁴ <i>pabulor, -ari</i>	I seek supplies of fodder
⁵ <i>pabulum, -i (n)</i>	fodder

- (a) Translate the first paragraph (*interea ... poterant*, lines 1–9) into English.
 Remember that extra credit will be given for good English.
 Please write your translation on **alternate lines**. [30]
- (b) *at exercitus ... poterat* (lines 10–14): show how Caesar emphasises the advantages that Afranius had in terms of supplies.
- Make **three** points and refer closely to the Latin in your answer. You should consider not only what he says but also how he says it. [6]
- (c) *conatus est ... patiebantur* (lines 15–16): what prevented Caesar from rebuilding the bridges? [4]
- (d) State and explain the case of:
- (i) *facultates* (line 12) [2]
 - (ii) *dies* (line 14) [2]
 - (iii) *fluminis* (line 15) [2]
- (e) Give an idiomatic translation of:
- (i) *superioribus temporibus* (line 11) [1]
 - (ii) *aquae* (line 14) [1]
- (f) Give the first person singular present indicative active of these verbs:
- (i) *provisum* (line 11) [1]
 - (ii) *dispositae* (line 16) [1]

[Section B Total: 50 marks]

[Paper Total: 100 marks]

Do not answer Question 4 if you have already answered Question 3.

Prose Composition

- 4 Translate the following passage into Latin prose. **Please write your translation on alternate lines.** You are reminded that marks will be awarded for the style of your translation.

Spartacus and about thirty men escaped from a gladiatorial school¹. They summoned other slaves to join them and soon had gathered ten thousand armed men. These were angry because they had been mistreated, and set out to punish the Romans. They seized Mount Vesuvius, where they were quickly surrounded by the army of the consul. After Spartacus told his men to climb down from the mountain, the Romans were so off their guard that their camp was quickly captured. Spartacus fought for two years until finally Crassus defeated him in a famous battle. When Crassus asked the captured slaves which of them was Spartacus, they unanimously shouted "I am Spartacus." His comrades were crucified² and everyone believed that they had been punished as they deserved.

¹ gladiatorial school

ludus, -i (m)

² crucify

cruci adfigo –figere, -fixi, -fixus

[50]

[Section B Total: 50 marks]

[Paper Total: 100 marks]



Copyright Information

OCR is committed to seeking permission to reproduce all third-party content that it uses in its assessment materials. OCR has attempted to identify and contact all copyright holders whose work is used in this paper. To avoid the issue of disclosure of answer-related information to candidates, all copyright acknowledgements are reproduced in the OCR Copyright Acknowledgements Booklet. This is produced for each series of examinations and is freely available to download from our public website (www.ocr.org.uk) after the live examination series.

If OCR has unwittingly failed to correctly acknowledge or clear any third-party content in this assessment material, OCR will be happy to correct its mistake at the earliest possible opportunity.

For queries or further information please contact the Copyright Team, First Floor, 9 Hills Road, Cambridge CB2 1GE.

OCR is part of the Cambridge Assessment Group; Cambridge Assessment is the brand name of University of Cambridge Local Examinations Syndicate (UCLES), which is itself a department of the University of Cambridge.